

dant gloriam certissimam
numquamque desitaram:
Æternitas heic imperat,
æternitas perennat.
Est bulla mundi gloria,
est palliata fuco,
dolis pugnat vafermis
Et artibus protervis:
Cinis dolosus gloria est,
tenerrimumq; vitrum,
cum creditur firmissima,
vanescit instar umbra.
At in supernâ patriâ
regumq; Regis aulâ
procul, procul caduca sunt,
nullus metus ruine,
eternitas heic imperat,
æternitas perennat.
Mentes beatæ gaudio
Et maximo triumpho
nugas putant vanissimas
merissimumq; fumum,
quas orbis iste basiat
opes, Et usq; jactat.
Quam grata vivent otia
nullis amara curis!
nam tristior sors exulat,
abestq; casus omnis:

Hæc omnino singulos nostrum ita secum ruminari, atque cottidie exactam eorum supputationem instituere adeò necesse est, ut sine eo nec vivere securè, nec moribeatè queamus. Recordandum est novissimorum, ne amplius peccemus: Ob oculos mentis atque corporis ponendum est severissimi istius Judicis tribunal, ut ad peccata non tam

Non morbus illic acrior
dolore tentat ullum,
proscripta sunt contagia,
Et sanitas perennat:
deformis heic non inficit
flavos senectacrines,
senilibus nec pallida
inscribit orarugis,
sed suave ver pulcrrime
semper viret juventæ,
heic vera vivunt gaudia
nullo fuganda fato,
mortale quicquid vixerat,
abivit, interivit,
non faleem mors saevissimâ
heic atra jura ponit,
est clausa mortijanua,
perennat una vita.
O ergo terra sordida
vale, vale perenne!
Omnde, munde perfide
vale, vale perenne!
Votis locum qui dat tuis,
Ab! errat, errat, errat,
donis sinum qui implet tuis,
Ab! errat, errat, errat.